



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Constantini Augusti ad Saporem Persarum regem summa cum pietate &  
religione Deum & Christum confitentis. Cap. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

## EVSEBII DE VITA

præmiis longè superarēt. Idemq; cum accepisset apud Persas frequentes esse Dei ecclesiās : & infinitum penè populi, Christi gregibus contineri : non mediocri ex hac fama affectus voluptate, vtpote quem communis quædam omnium cura tangeret : de iis etiam solitus erat.

*Constantini Augusti ad Saporem Persarum regom summae  
cum pietate & religione Deum & Christum  
consentientis.* C A P. IX.

*Exemplum epistolæ ad Regem Persarum.*

**D**iuinam fidem conseruans, veritatis luce perfruor : & huius veritatis luce ductus, diuinam fidem intelligo. His igitur vt res ipse confirmant sanctissimum Dei, cultum percipiens, hanc colendi rationem quasi magistrum, me habere profiteor ad cognitionem sancti Dei. Huius, Dei vim & potentiam auxiliarices meorum bellorum natus : ab ipsa ultima oceani ora exorsus, vniuersum inde orbem firma & salutari spe erexit : ita vt omnes gentes quæ, tot tyrannorum dominatu oppressæ, dum quotidianis calamitatibus cederent, prope extinctæ essent, mea opera mensque laboribus ad commodiorem statum reuocatae sint. Hunc Deum immortali memoria me honorare profiteor. Hunc liquida & pura mente celissima in sede locatum, uidissime contemplore.

*Contra idola, & de Dei glorificatione.*

C A P. X.

**H**Vnc humi procumbens inuoco : omnem sanguinem, execrandum & odores ingratos ac detestandos abhorrens : omnem terrestrem è sacrificio flammarum fuggiens : quibus omnibus turpiter pollutus nefandus & inexplicabilis error, multas gentes & totas ferè nationes ad profundissima tartara proiecit. Nam quæ huius vniuersitatis Deus ad humanæ prouidentiæ necessarium usum benignitate quadam sua in lucem addidit: hæc ad cuiusque cupiditatem rapi nullo modo patitur, puram solummodo mentem & animum omni labe vacantem ab hominibus flagitat : quibus ille virtutis & pietatis actiones ponderat.

Bonis